Quelle: https://manuscripta.at/?ID=46681
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



tuo propter peccata eorum nostra
et iniquitates patrum nostrorum
iherlim et populus tuus in opprobrium
factus sunt omnibus per circuitum nos
trum. Nunc autem domine deus audi
exaudi orationem serui tui et preces eius
et ostende faciem tuam super sanctuarium
tuum quod desertum est propter
semetipsum. Inclina deus meus au
rem tuam audi. aperi oculos tuos
et vide desolationem nostram et ciui
tatem super quam inuocatum est no
men tuum. Nec enim in iustificatio
nibus nostris proiecimus preces
nostras ante faciem tuam sed in mi
serationibus tuis multis. Exaudi
domine placare domine attende et
fac ne moreris propter temetipsum de
us meus quia nomen tuum inuo
catum est super ciuitatem et super po
pulum tuum. Cumque adhuc loq
uer et oratem et confiterer peccata
mea et peccata populi mei israel ut p
sternerem preces meas in conspec
tu dei mei pro monte sancto dei mi
adhuc me loquente in oratione mea
ecce uir gabriel quem uideram in
principio in uisione cito uolans et
tetigit me in tempore sacrificii ves
pertini et docuit me et locutus est
mecum. Dixitque. Daniel. Nunc
ergo egressus sum ut docerem te
et intelligeres ab exordio precum
tuarum unde egressus est sermo
Ego autem uenio ut indicarem tibi
quia uir desideriorum es. Tu
autem attende sermonem et intel
lege uisionem. Lxx. ebdomades ab
breuiate sunt super populum tuum
et super urbem sanctam tuam ut
consummatur preuaricatio et finem
accipiat peccatum et deleatur in
quitas et adducatur iustitia sempi
terna et impleatur uisio et prophe
tia et ungatur sanctus sanctorum
Scito ergo et animaduerte ab exitu ser
monis ut iterum edificetur iheru
salem usque ad xpm ducem. Ebdoma
des. vii et ebdomades Lxx. erunt. Et
rursum edificabitur platea et mu
ri in angustia temporum. Et post
ebdomadas Lxii occidetur christus
et non erit eius populus qui eum negas
turus est et dissipabit populus ciuita
tem et sanctuarium cum duce ueniente
et finis eius uastitas et post finem
statuta desolatio. Confirmabit autem
~~pacem~~ pactum multis ebdomadis
ebdomas una et in dimidio ebdom
adis deficiet hostia et sacrificium
et in templo erit abhominatio de
solationis et usque ad consummationem fi
nem perseuerabit desolatio.

Anno tertio regis cyri regis per sa
tum uerbum reuelatum
est daniel cognomento balthasar
et uerbum uerum et fortitudo ma
gna. Intellexit que sermonem. In
telligentia enim est opus in uisione
In diebus illis. Ego daniel luge ba
tum trium ebdomadarum diebus.
Panem desiderabilem non comedi et
caro et uinum non introierunt in os
meum. Sed neque ungento unc
tum donec impleretur trium eb